

Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Quæst. 449. Pro quo tempore verificanda causa finalis privilegii &
despensationis: An nimirum tempore, quo impetratur, V. G. Romæ. An quo
expeditur, seu datur executioni in partibus ab Ordinario vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](#)

Sá v. *interpretatio. num. 12.* aliusque mox citandis, nisi tamen voluntariè & scienter invalidè factus, perdit enim tunc privilegium, quia nemo ex iniquitate sua reportare debet commodum, tradit cum Tiraquel in *L. boves. §. hoc sermone. limit. 2. a. n.* Anchār, in *c. i. de filiis presyb. in 6. q. penult. & Franco. ibidem num. 13.* dum autem verba privilegii sunt ambigua & indifferentia, & de cætero actus validus non finiri unico actu censem apud eundem Sanch. *l. 8. de mat. d. 31. num. 8.* Suar. *l. c. c. 29. num. 8.* Salas de *ll. d. 20. f. 19. num. 129.* quod ipsum tamen limitat Sanch. distinguendo, nimirum finiti unico actu in odiosis, lecus in favorabilibus, Felino in *c. 2. de treuga & pace. Nav. in c. placuit. de penit. disf. 6. num. 166.* Azor. *l. 5. c. 23. q. 3.* Rochus de jure pat. v. honorificum. q. 10. Henrīq. *l. 12. de mat. c. 5. à num. 7.* cum communione, cui adhæret Castrop. *num. 6.* & pro maiore illius declaratione plures adfert calclus *num. 8.* de quibus vide illum ibidem.

Quæst. 448. An & qualiter cessante causa finali, ob quam concessum, cesset privilegium?

1. *R*esp. Primo: Cessante causâ finali non quidem impulsivâ tantum, sed principali, si ne qua Princeps nullo modo concessisset, & à qua valor privilegii in fieri & conservari dependet. & que redditum privilegium justum & honestum, & sine qua tale non esset, cessat & amittitur privilegium; quia cessante causâ cessat effectus. *c. cessante. de appell. Abb. in c. suggestum. de detinim. num. 5.* Suar. *l. c. c. 30. num. 1.* Guti. *qq. can. l. 2. c. 15. num. 30.* Pet. Barb. in *l. 1. ff. solut. mat. p. 1. à num. 83.* Pith. *b. t. num. 168.* Verum hæc ita generaliter dicta varias admittunt & requirunt limitationes & distinctiones. Unde

2. *R*esp. Secundo: dum privilegium non est contra, sed solum præter jus, seu continentem gratiam & beneficium Principis, quamvis ad concessiōnem sui licitam requirat causam aliquam legitimam, ut volunt aliqui, negantibus id ipsum alii, ad conservationem tamen sui non requirit causam, sed ex cessante, non cessaret vel ex hoc, quia decebat beneficium à Principe concedū remanere, juxta reg. *Juris. 16. in 6.* ut patet in elemosyna data pauperi, quæ firma manet, tametsi is, cui data, designat esse pauper, dum verò derogat juri communī, vel privato alterius tertii, requirit causam non tantum in fieri, seu ipsa concessionē, sed & in conservari, adeoque cā, quæ primitus erat, cessante, cessat tale privilegium, ita Suar. *l. c. num. 2.* cum communī. Quod posterius nihilominus sublimitandum seu subdistingendum, ita ut, si privilegium vel etiam dispensatio data ad unum actum, sive constat in ipso actu v. g. data ad contrahendum matrimonium cum consanguinea, sive data per modum potestatis, v. g. ad dispensandum in talī matrimonio, eo matrimonio contracto, aut facta ad illud contrahendum dispensationē, cessat privilegium vel dispensatio, utpote producto & consummato suo effectu, quamvis potius dici possit in eo effectu, utpote qui iterati aut retractati nequit, virtualiter remanere, & non cessare privilegium aut dispensatio; etiam cessante causâ finali concedendi privilegium, ut patet in dispensatione voti, quod non denuo obligat, in dispensatione illegitimatis, quæ non redit, et si causa, ob quam in eo dispensatum, mutetur seu cesset, cum legitime factum non retractetur aut mutetur, et si

postmodum deveniat ad statum, in quo dispensari non potuisset, juxta regul. *Juris 73. in 6.* Castrop. *tr. 3. d. 4. p. 19. num. 3.* Pith. *l. c. num. 169. vers. limitatur secundò, cum Suar. l. c. cit. 10. num. 4.* Econtra itaque cessat seu amittitur privilegium cessante causâ, quando habet tractatum successivum, hoc est, datum per modum potestatis ad plures actus, seu ad operandum successivè, v. g. ad abolendum à casibus reservatis, ad dispensandum in genere in votis, in impedimentis matrimonii, ita ut causa cesseret non tantum quod ad actus præteritos, sed & quod ad futuros. Suar. & Pith. *ll. cit.* ad quod tamen requiritur, ut causa non cesseret tantum negativè, qualiter ex cessare dicitur, quando ratio finalis principalis, quæ movit Principem ad concedendum, non subsistit quidem amplius, usus tamen privilegii non est injustus aut illicitus, ut patet, dum monasterio concessum privilegium non solvendi decimas ob ejus inopiam, illud non expirat eodem cessante paupertate redeunte ad sufficiētes, imò & abundantes reditus, sed potest pergere uti suo privilegio, quia hic usus non est iniquus seu injustus. E contra ad cessationem privilegii requiritur, ut ejus causa cesseret contraria, qualiter ea cessa dicuntur, quando mutatis circumstantiis usus redditus illicitus, utpote cedens in detrimentum privilegiati aut communis, quia jam est privilegium de re illicita, adeoque nullum. Ita Suar. *l. c. n. 6.* Laym. *th. mor. l. 1. tr. 4. c. 23. n. 19.* Pith. *l. c. vers. limitatur tertio, Reiffenst. b. t. n. 187.* Wiesbn. *à num. 46.*

Quæst. 449. Pro quo tempore verificanda causa finalis privilegii & dispensationis, an nimis tempore, quo impetratur, v. g. Romæ, an quo expeditur, seu datur executioni in partibus ab Ordinario vel Confessario?

*R*esp. Probabilius videri eam verificandam utrumque tempore, ut docet Castrop. *l. c. p. 15. n. 2.* contra Garciam de benef. *p. 6. c. 2. n. 263.* quatenus tenet, non requiri, ut verificetur tempore, quo impetratur Romæ, & contra Mascal. de prob. *concl. 1128. n. 22.* quatenus negat, necessarium esse, ut verificetur tempore, quo expeditur in partibus, quem sequuntur Rebus, in prefat. de *re script. n. 56. vers. 14.* Sá v. *gratia. n. 9. & 10.* quorum ratio esse potest, quod Ordinario & Confessario committatur executio, hæc autem supponat, jam factam & existentem esse Romæ aut alibi. Verum probatur utriusque contrario, & quidem primo, quod necesse sit, verificari existentiam causæ pro tempore, quo conceditur, ex eo, quod tunc verè si concessio & donatio, & fiat dispensatio ob finem allegatum, qui, si falsò, utpote tunc non existens, allegetur, nulla est concessio ex defectu intentionis in concedente juxta decisionem factam in c. quia circa de consanguin. Probatur quoque secundum ex eo, quod ordinarius vel confessor expediens ea seu exequens privilegii concessionem aut dispensationem, verè dispenser & donet privilegium, ut constat ex verbis, quibus in hujusmodi decretis Romanis datis ad Ordinarium vel Confessarium dicuntur: si preces veritate nitantur, cum illis dispenses, adeoque tunc adesse & verificari debet causa dispensandi, & ita Covar. 4. *decretal. p. 2. c. 6. §. 9. num. ult.* Mandos. *prax. signat. tit. de dispens. vers. dispensatio est.* Gallego de cognat. spirit.

spirit. c. 3. n. 23. Sanch. L. 8. d. 30. n. 12. Castrop. l. c. p. 15. n. 2. vers. probabilius.

Quesit. 450. An & qualiter cesseret privilegium aut dispensatio per renunciationem illius factum à privilegiato?

1. **R**esp. Primo: Privilegium concessum direc-
tè in favorem solius aliquis personæ particu-
laris, ut & dispensatio, cessat per liberam &
expressam ab ea factam illius renunciationem, seu
abdicationem juris & potestatis aliquid agendi vel
omittendi vi privilegii competentis accedente ac-
ceptatione renunciationis ab eo, qui privilegium
concessit, vel ab eo, qui ad hoc à concedente com-
missionem habet, facta, aut etiam ab eo, in cuius
utilitate cedit renunciatio, v. g. juris exigendi ab
eo decimas, liberum enim est cuique renunciare juri
suo. c. si de terra. b. t. L. si quis. c. de pactis. sive
contempnere, quæ prole inducta, juxta L. 41. ff. de
minoribus. modò illa renunciatio non cedat in præ-
judicium alterius. De cetero dicitur primò: *Per
renunciationem liberam*; id est, non coactam. Ca-
strop. cit. §. 15. n. 5. Dicitur secundò: *Per re-
nunciationem expressam*; sicut enim ad acquisitionem
privilegii requiritur concessio per signum ex-
ternum expressa ex parte concedentis privilegium, &
acceptatio illius, cui conceditur, ita etiam ad amissio-
nem illius renunciatio externè expressa ab eo, cu-
jus interest, & non sufficit sola voluntas interior,
utpote quæ exteriùs non manifesta nihil operatur.
Suar. de LL. L. 8. c. 33. a. 15. Zoel. ad h. t.
n. 34. Pith. h. t. n. 173. Dicitur tertij: *Ac-
cedente acceptatione illius, cui concessum*; siquidem
sicut jus privilegii pendet in fieri a voluntate con-
cedentis, & acceptatione illius, cui conceditur, ita
etiam in conservari à remanente hac voluntate il-
lius non consentientis amittitur. Dicitur quartò:
*Vel ab eo, qui ad hoc à concedente commissionem ha-
bet*; qualem commissionem non habere censetur
executor privilegii & dispensationis, quia non est
delegatus ad revocandam dispensationem, sed po-
tius ad exequendam illam, ut Sanch. L. 8. d. 32.
n. 4. Dicitur quinrò: *Et ab eo, cuius interest*; quia est, in cuius utilitate cedit renunciatio pri-
vilegii, quia renunciatio illius confertur vel re-
mittitur illi v. g. in privilegio non solvendi tributa,
exigendi decimas; sic Gl. & AA. mox citandi.
Unde privilegiatus, postquam etiam externè & pa-
lā renunciat præfatio, & quamdiu dicta re-
nunciatio legitimè à dictis personis non est acce-
ptata, potest mutatà voluntate pergere uti privile-
gio suo. Gl. in c. cùm venissent, de eo, qui mittitur
in possess. v. obtulit. Bald. ibidem n. 8. Pontius de
mat. L. 8. c. 18. n. 17. Pith. l. c. Wiestn. b. t. n.
42. Reiffenst. n. 189. Arg. c. licet. de procurat.

2. **R**esp. Secundò: E contra privilegio con-
cesso principaliter in favorem aliquis communica-
tis, dignitatis loci, v. g. Civitatis, Ecclesiæ, Mona-
sterii, singulare personæ cum ejusdem præjudicio
renunciare non possunt cum effectu, etiam si renun-
ciationem juramento confirmant, quia non sunt
propria privilegia singularium, seu cujusque. L.
cum publicum. ff. de pactis. c. si diligent. de foro
comper. Castrop. l. c. n. 2. hic referens, si privile-
gium pluribus pro indiviso concessum, ut non possit
quilibet ei renunciare, quia unus alterius privilegio
præjudicare nequit. Sic Clerici renunciare neque-
unt privilegio fori aut Canonis juxta citatas leges.

nec Religiosi privilegiis concessis monasterio sul
Ordinis, quibus v. g. exempti sunt à jurisdictione
Ordinarii, renunciare queunt sine consentu Papæ.
Arg. c. cum tempore de arb. & ibi Abb. n. 2. Suar.
l. c. c. 33. n. 2. Pith. n. 174. Neque etiam Pra-
latus & Conventus monasterii renunciare potest pri-
vilegio immunitatis à solvendis decimis. Suar.
Tom. I. L. 1. de Relig. c. 20. n. 2. ita, ut si vel unus
solus de Capitulo alius contradicere possit, & re-
nunciationem impeditre. Innoc. in c. accedentes.
b. t. Alex. de Nevo ibid. in addit. ad Abb. Potest
tamen Prælatus & Capitulum renunciare privile-
giis, aliisque iuribus, dum non sunt utilia, vel etiam
dum indifferentia. Arg. c. cum illorum. de probanda.
c. cùm accessissent. de Confite. Laym. ibid. num. 20.
Pith. l. c. Et si privilegium sit nocivum, per le-
cessat, juxta Reg. Jur. 61. in 6. quod ob gratiam alii
cujus concessum est, non est in eis dispendium rever-
quendum. Potest tamen etiam tota aliqua commu-
nitas, v. g. Civitas, Ordo religiosus de communis
consensu Capituli renunciare privilegio utili; quia
tunc communitas habet se per modum unius per-
sonæ particularis, adeoque locum habet regula:
quod is, cui competit privilegium, favori suo re-
nunciare possit. Arg. cit. c. cum illorum. Laym. in
c. cùm accessissent. n. 12. Pith. l. c. in fine. Huc
quoque referuntur minores, utpote à quibus re-
nunciari non potest privilegio restitutionis in inte-
grum, quia id illi concessum, non ut singuli perso-
nes, sed potius statuti minorum ab eorum imbecil-
itatem, & pericula deceptionis, quæ illis occurrere
possunt. Salaf. de LL. d. 17. f. 13. ad finem. Ca-
strop. l. c. p. 17. n. 2. quamvis autem Bonac. d. 1.
q. 3. p. 8. §. 5. n. 8. velit, illos posse renunciare huic
privilegio, si addiderint, se non usuros hoc privi-
legio, vel si impetraverint à Principe veniam ex-
tatis; censet tamen Castrop. addito solo illo juramento
non renunciari isti privilegio, esto, juramentum
servandum sit, dum non relaxatur, quia hæc relaxa-
tionem obtentæ, possunt agere beneficio restitutionis
in integrum. Item de muliere idem, nimisrum
quod renunciare non possit privilegio Vellejanum,
quod est de non intercedendo aut fidejubendo pro
aliis, cùd, quod illud introductum non sit in favorem
cujusque, sed statutus muliebris, ut imbecillitatè mu-
lierum ob carum in hoc pronitatem & facilitem,
indéqué iis orta damna, prospiceretur, tradit. Ca-
strop. cit. n. 2. cum Salaf. l. c. Azor. Tom. I. inst.
mor. L. 2. c. 22. n. 10. Gomes Tom. 2. var. c. 13.
n. 17. quamvis addat ex Sanch. L. 4. de mat. d. 9.
n. 15. firmam esse eaurum renunciatonem, si eidem
addatur juramentum solvendi, siquaque instrumento
publico, sciatque mulier, se absque tali juramento
non teneri; cùm juramento firmetur contractus,
& purgetur deceptio, aut etiam, si renunciatio
facta coram Magistratu, prout statuitur L. fin. §.
fin. ff. ad Vellejanum. vide de hoc Lauterb. ad ff. in
codem. §. 24. Quod verò attinet filiosfamilias, hoc
est, qui sunt sub patriæ potestate, eos non posse re-
nunciare. Privilegio Macedoniano, non quidem
quia id illi concessum in genere, seu ratione Status
communis, quem constituunt, sed quia concessum
in favorem parentum eorundem, cum SCium Ma-
cedonianum sit jus à Romano Senatu constitutum,
quo caverunt, ne creditoribus, qui filiosfamilias pe-
cuniari mutuam dederunt, efficaz actio detur. L.
1. ff. ad SCium Macedonianum. nullus autem re-
nunciare potest privilegio, ubi renunciatio cedit in
præjudicium alterius. Et sic docent cum Gl. alii
que in L. tametsi. ff. ad SC. Macedon. Azor. Tom. I.
L. 5.